proximos officij praefati Castrensis Capitan. Praemisliensis Dominos deliberationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] motiones appellationes ac cuiusq[ue] exceptiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, cessationibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione terrestri, bello, convocationibus, caeterisq[ue] alijs quibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo. Hac sua per se facta recognitione ad Acta praesentia mediante.

Vigore Laudi Sabbatho in Vigilia Festi Sancti Mathiae Apostoli Anno D[omi]ni Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono Krukowska Gnosa Grabia Retrocedit

23/II 1669

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Gnosa Catherina Krukowska olim Gnosi Ioannis Grabia Subiudicis Terrae Praemislien. Consors relicta Videlicet sana mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et Competen. recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitli. Praemislien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seu eum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq[ue] subijciendo personaliter libere, publice ac per expressum recognovit Quia ipsa de omni et integro Iure suo videlicet de Inscriptione Cessionaria, per Gnosum Ioannem Casimirum Grabia praedicti olim Gnosi Subiudicis Terrae Praemislien. filium sibi Recognoscenti coram Actis Varsavien. in Conventione Regni Gnali Feria Quinta post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo octavo super summam Quatuordecem Millium florenor. polon. eidem Gnoso Ioanni Casimiro Grabia ex summa Originali Viginti Quatuor Millium floren. polon. per Gnosum Franciscum Carolum Korniakt, in bonis Villarum Onechowce et Dunkowce modo obligatorio suprascripto olim Gnoso Subiudici Praemislien. inscriptae servien. facta et recognita, Iure de eadem ipsa summa Quatuordecem Millium floren. polon. atq[ue] bonis summa eadem onoratis Cum omni praemissorum Iure Dominio generaliter Competentiaq[ue] et

praerogativa

prærogativa quavis, omnibusq́ et singulis Inscriptis præfatæ originalis obligatoriæ et subsequentis Cessionariæ Conditionibus punctis Clausulis, articulis vallis ligamentis ac nexibus universis, summam suprascriptam ac bonorum summa eadem oneratorum, utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis emolumentis obventionibus, attinentijsq́ et pertinentijs generaliter universis. Nihil ex præmissis sunt Dominij proprietati ac Iurisdictioni competenti pro se Regnis suisq́ successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum per præmissa omnia, ut Recognoscens expresse bant sibiq́ serviebant, iam exnunc et defacto eidem Generoso Ioanni Casimiro Grabia, Subdapifero Lomzensi ciusq́ Posteris cessit et resignavit per cedit et resignavit præsens. In quod quidem Ius Cessionis ac bona Iure eodem et summa suprascripta onerata pro toto abscesso iam exnunc eadem Recognoscens præfato Cessionario suo eiusq́ posteris coram officio præsenti: dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq́ possessionem, per Ministerialem quemcunq́ competentem, et Nobiles duos die qua cunq́ volueris officiose accepturum. Per ipsum Cessionarium suum eiusq́ Posteros hæc eadem bona, ac Ius præsentis Cessionis summamq́ condescensionem cum omni Iure Dominio et utilitatibus tenendi, habendi, et possidendi, illisq́ quiete et pacifice utifruendi; ac ad suos suorumq́ successorum quosvis bene placitos usus fructus libere et effectuali convertendi, Iuris originalis latius omnia in se complectentis præsentisque Cessionis et transfusionis Vigore.

Grabia Fratri suo Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitaneatus Præmisliensis Generosus Ioannes Casimirus Grabia Subdapifer Lomzensis sanus mente et corpore existens, à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suisq́ quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitaneatus Præmisliensis Iurisdictioni quoad actum hunc attinet seseum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia

ipse